

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Ambicio d
cum uariis

Hoc ipso perniciosior est ambicio quod blanda est consiliatricula dignitatum et sepe quos uicia nulla delectant quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaricia subruere facit ambicio crimosos. Habet enim forensem gratiam, domesticum periculum et ut dominetur aliis prius seruit. Curuatur obsequio ut honore donetur, et dum uult esse sublimior, fit remissior.

Ambrosius ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Ambicio d] Ambicio e L²; est *om.* P V¹ V² L¹ L²; consiliatricula] consolatricula P V¹ V² L¹ L²; uicia] uita P V¹ V² L¹ L²; delectant] delectat P V¹ V² L¹ L²